



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

Qua ratione execrantis & contemnentis personam induere possit orator.  
Cap. XXXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

Iesus Christus mea fidei credidit, quos vita chariores habeo, quibus iter verae beatitudinis ostendere in primis studeo; obsecro, inquam, vos, ut vobis ipsi attendatis, cogitetis qui sitis, sub cuius vexillo militetis.

Qua ratione execrantis & contemnentis personam induere possit orator.

Cap. XXXIIII.

**E**XECRATUR Cyprianus fidei desertores, cum ait: Pereant, qui perire voluerunt, extra Ecclesiam soli remaneant, qui ab Ecclesia recesserunt; soli cum Episcopis non sint, qui contra episcopos rebellaverunt, coniurationis suae poenas subeant. Qua forma dicendi raro videtur Ecclesiasticus orator; poterit tamen uti interdum, inuehens in publicos usurarios, aut adulteros; verbi causa, post longum sermonem, ita execrari: Eijciantur, qui occidunt homines usuris, qui contaminant sanctum matrimonium, qui opprimunt pupillum & viduam. Contemnit omnia Apostolus scribens ad Philippenses, praeter eminentem scientiam Iesu Christi, propter quem omnia, inquit, detrimentum feci, & arbitror stercora esse, ut CHRISTVM lucrifaciam. Ita etiam, orator ubi vitia acriter reprehenderit, excitans ad rerum humanarum contemptum, interdum dicat, se omnia contemnere, ut animas lucretur Christo, his verbis utens: Memiserum, si vos omnes me laudaueritis, si peccata vestra dissimulauero, si mea indulgentia, deteriores euaseritis, laudationes vestras, omnia commoda, omnes honores nihil facio, ut vos Christo lucrifaciam.

N 4

Detesta-